# F A

mām̄a. Et dicunt̃ exuberes infantes q̇ extracti sunt ab vbere

Exul lis. ꝯ.g.i. extra solū ꝓpꝛiū posit⁹. ⁊ dr̄ ab exulo las. remota o. Jn̄ exiliū lij. q̄si extra solū ꝓpꝛiū positio extra t̄minū. et exularius ria. riū. q̇ exulat.

Exultatio onis. f.t.i. gaudiū. Et differt a leticia: qꝛ exultatio ē ꝟboꝝ atꝫ mēbꝛoꝝ leticia ꝟo mētis gaudiū ē

Exutus ta. tum. i. spoliatus extractus expulsus.

Exustus. ta. tum. i. combustus. De quo nihil superest

Exuuie aꝝ. i. spolia vestes indumēta: qꝛ exuunt̃. Exuuie ⁊ iduuie dicūt̃ tunice serpētū: qꝛ iduunt̃ ⁊ exuunt̃ ꝭm Hug. Pap̄. ꝟo dicit. Exuuia spolia occisoꝝ hostium vel tunice serpentū.

Ezechias interp̄tat̃ fortis dn̄s vel fortitudo domini

Ezechiel interp̄tat̃ fortitudo dei. vel imperium dei.

## F ante A

F In latinis dictōib⁊ ponim⁹. vt fama filius. Jn grecis ꝟo dictōib⁊ ph. vt orpheus pheton. Scire tn̄ debes ꝙ nō taz fixis labꝛis ē ꝓnuncianda f. quo mō ph. atꝙ h̄ solum interest. sicut dicit Pꝛiscia. in p̄mo libꝛo maioꝛis.

Faba be. dr̄ q̄si faga. a fagin qd̄ ē comedere. Jn̄ fabarius. a. ū. qd̄ fit de fabis vl' qd̄ ꝑtinet ad fabas Et h̄ fabari⁹. i. cātoꝛ Et dicebant̃ apd̄ gētiles cātoꝛes fabarij qꝛ illo legumīe maxīe vtebāt̃ in cibo. Et ꝑ cōpositōez h̄ fabafresa se. qꝛ eā homies frendēt. i. frāgūt cū molēdo eā cōminuūt Vel sunt due ꝑtes. ⁊ dr̄ a fresus. a. um. i. fractus. a frēdeo des.

Fabella le. dimi. i. ꝑua fabula.

Faber bꝛi. dr̄ q̄si facer a faciendo ferrū. ⁊ dr̄ a facio cis. quasi faciēs ferꝝ. Hinc etiam postea h̄ verbum traductū est ad aliarum reꝝ artifices. s. cum adiectiōe. vt faber lignarius: faber carpentarius. Jn̄ h̄ faberculus li. dimi. ⁊ hec fabꝛisa se. vxoꝛ fabꝛi. Jn̄ hec fabꝛilla le. ⁊ fabercula le. dimi. Jn̄ hec Fabꝛica ce. locus fabꝛicandi. Jtē faber cōponit̃ h̄ aurifaber bꝛi. Jtē a faber bꝛi. dr̄ faber. a. ū. i. ingeniosus cautus pulcer cōpositus. Jn̄ fabꝛe aduer. qd̄ cōponit̃ Fabꝛefactus. cta. ctū. i. artificiose ⁊ ingeniose factus. Et cōponit̃ faber. Affaber bꝛa. bꝛū. i. valde faber. Et etiaz Jnfaber bꝛa. bꝛum. i. nō faber nō pulcer nō compositus

Faber lignari⁹ dr̄ nō solū q̇ ligna dolat sꝫ gn̄alit̃ oīs q̇ edificat. vt. ff. de ꝟ. sig. l. fere §. fabꝛos.

Fabꝛicēses dicebant̃ q̇ erāt deputati armis faciēdis repandis ⁊ vēdēdis: vt. l. C. eo. ti. li. xj. Sꝫ Jo. an. d̄ sen. ex. si iudex. li. vj. dic̄ ꝙ fabꝛicēsis dr̄ q̇ pb̄lica arma fac: ⁊ in publicis fabꝛicꝫ ⁊ nō alibi. ⁊ dat p̄micerioꝛi vt repōat in pb̄licꝫ armamētꝫ q̊ꝝ bꝛachia stigmate figurabant̃.

Fabꝛateria rie. i. oꝛnat⁹ fabꝛoꝝ vel loc⁹ vl' dom⁹ vbi fabꝛice sūt. Vel fabꝛateria rie. ē ciuitas cāpanie. Jn̄ fabꝛatern⁹. a. ū. Noīa em̄ desinētia in teria. faciūt possessiuū in nus. r. p̄cedēte

Fabꝛil. ꝯ. t. ⁊ h̄ le. pe. p. i. ad fabꝛicā ꝑtinēs: vel a fabꝛo ꝑfectū

Fabula le. f. p. i. res q̄ nec vera ē nec verisilis. Et fabula illa ē vera q̄ nihil ꝟitatꝫ hꝫ in se. Et illa falsa ē q̄ aliq̇d ꝟitatis cōtinet in se admixtū. Sicut em̄ ē in amore modus nō habuisse modū: sic ē in fabula veritatis nō habuisse veritatē. Et dr̄ fabula a fando: qꝛ in solo fatu ꝯsistit. Jtē fabula qn̄ꝙ dr̄ histoꝛia sil'r a fando: qꝛ eā famur. Qn̄ꝙ locutio. Jn̄ Fabulosus. a. um. ⁊ h̄ ⁊ hec fabularis. ⁊ h̄ re. Et hec fabulo onis. recitatoꝛ fabulaꝝ vel inuentoꝛ. Et fabuloꝛ arꝫ. id est fabulas dicere vel falsa

Facetia tie. i. curialitas vꝛbanitas elegātia suauitas ⁊ ꝓp̄e in factꝫ. ⁊ dr̄ a facetus

Facetus. a. ū. i. curial' vꝛbanus. ꝓpꝛie de doctrina. ⁊ ꝓpꝛie in factis. s. q̇ iocos ⁊ lusus gestis ⁊ factis cōmodat. Et compat̃. ꝙ autem dicit̃ facetus quasi fauens cetui ethymol'. est

Facies ciei. dicit̃ a facio cis. quia fac̄ noticiam hominis: vel quia facta sit a natura. Est em̄ facies naturalis ⁊ certus ⁊ imutabilis oꝛis habit⁹. Vultus ergo artificialis ⁊ varius est: ⁊ ꝭm affectionē animi mō tristis mō letus. Unde solet dici ꝙ facies facta est: vultus ꝟo fit. vn̄. Con-

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-33/0198
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG